



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Iuridica,|| Sev Ius Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

De sanctorum Patrum concilijs, & Episcoporum synodis prouincialibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

ignoret, quæ à nobis ad honorem & augmen-
tum magni Dei disposita sunt.

DE SANCTORVM

PATRVM CONCILIIS, ET EPI- scoporum Synodis prouincialibus.

Quoniam sacra concilia sanctorum Patrum do-
ctrina, qui Apostolica vestigia ingressi sunt,
prescriptisq; Canonibus magna ex parte consistunt,
non meptè caput hoc de Conciliis illi, quod de Tradi-
tione tractat, adiungi posse existimauit: ut potè in quo
conciuorū generalium authoritas ab Imperatori-
bus Romanis ita commendatur, ut sacra scripture Concilia, ut
locum illis attribuerint, eisque vel dicto vel scripto sacrae literæ
repugnantes, non modò hæreticos et schismaticos velent.
pronunciauerint, sed etiam grauißimis pœnis adiu-
dicauerint, ut ex sequentibus eorum legibus satis
patebit. Ad imitationem porrò vniuersalium con-
ciliorum prouinciales Episcoporum Synodi celebra-
ri cuperunt: itaque huic capiti illarum quoque com-
peditissam tractationem annexare placuit. Cum enim
ab initio nascentis ecclesiæ Christianitas angustis ad-
buc continetur finibus, siquid tūm malè conceptis
in populo Dei opinionibus controversiæ exortum es-
set, id per Apostolos atque seniores collatis inter se
consilii compositum est. Postquam autem Ecclesia
per orbem latè diffusa et propagata, varij hinc inde
abusus, et Ecclesiasticarum vel personarum, vel re-
rum sese exereret defectus atq; vitia, quorum causa,
tum ex hominum corrupta natura passim acciderent,
proper sui molè Ecclesiæ cætus, nisi vniuersæ Chri-

A 4 stianitatis



Ex quib. cau-
fis orta fuere
concilia, &
quid in iis a-
ctum.

Synodorum
provincialium
origo.

Synodi pro-
vincialis effe-
ctus.

Canonū neg-
ligentia dicti-
plinæ Eccle-
siasticæ per-
nicias.

stianitatis per orbem interesset, ita repelet, ut singuli consuleretur, conuenire non potuit. Quare neccepit docuit, ut singulis tandem in prouincias Archiepsorum et Metropolitanorum curarent, collectis Episcoporum terorumq; prælatorum clericorum specialibus concilia ea constituerentur, quæ recenter emergentes causæ sui necessitate postularerent; ac vicissim, si quid vim ex male instituta clericorum vita sensim irrefra- id salutari adhibito remedio rursum tolleretur, in uedi ratio, cultusq; diuini administratio ad brevi verbi Dei, et canonicam regulam, à qua per negotiam discessum fuerat, iterum tanquam ad artem accommodaretur, et iij qui peccassent, meritas lauerentur pœnas: illis vero qui frugi essent, occasio darentur iori studio excolendi religionē atq; pietatem: adhuc vulgus hominum illorum tam exemplo, quam dictione subinde meliores reddi possent. Sic autem in his illis causæ, dissensionesue Ecclesiasticae, non minus que ciuiles lites in foro judiciali terminabantur, Imperatores Valens, Gratianus & Valentinianus testantur in l. qui. mos. est. C. Theodos. De episc. & Eccles. et cler. Ne autem in infinitum protenderent negligentia vel Ecclesiae prefectorū, vel eorum quibus alias animarum cura incumbebat, et inde adhuc ac licentia peccandi magis magisq; crescerent, sacra canones in contemptu abirent, et sacra disciplina dissoluerentur, ex quo consentaneū erat via cum religione ipsum quoq; statum ecclesiasticum interire: ex termisione enim synodorum augeri vitia sacerdotum aperte indicat Justinian. Imp. in s. sane multos. Ande ord. episc. et cler. coll. 10. et omnem disciplinam ecclesiasticam dissolui, ecclesiarumq; statum conservari minime

maxime posse si non custodiantur sacri canones Auth.
de sanctiss Episc. &c. §. vt omnis coll. 9. Quibus in-
commodis hanc dubie prospicere volentes Apostoli
in tempore constituerunt in anno bis celebrari debere
Synodos, vt idem Imperator testatur in d. Auth. §.
quando autem. Quod et ipse suis constitutionibus
confirmauit, atq; per omnes Ecclesias Orientis obser-
vatum esse voluit. eod. §. quando autem. et. §. vt
omnis. & Const. nou. 115. apud Iulianum Patricium,
Antecessorem Constantinopolitanum. §. unusquisque
Episcopus. Quoniam de suorum quoq; Episcoporum,
qui tunc in Graecia Ecclesijs longe lateque praeerant,
negligentia conquesitus est, cum videret apud eosdem
grauius obtineri posse, vt annuebis ad Synodos con-
vularent, pub. promulgata lege pracepit, vt saltem in
anno semel conuenirent, ne ex ea intermissione clerici
diversis implicarentur peccatis et erroribus, quae in
Synodis corrigi oportebat: neque verò Episcoporum
ceterorumque Prælatorum, sicuti impegiissent, deli-
cta impunita manere iussit. d. §. quando autem. Ut
primum in uniuerso Christiano orbe rebus afflittis
subueniretur, bis ariam, vt dixi, eiusmodi Patrum
conuentus celebrati sunt. Nam ad eas Synodos, quas
etiamnum ecumenicas appellamus, totius Christiani-
tatis conuocabantur Antistites. Quae verò singulas
tantum respiciebant provincias, earum Episcopi et
Prælati congregari solebant: et eiusmodi conuentus
Provinciales Synodi, seu provincialia concilia vo-
cantur. Generalibus quidem præesse solent summi
Pont. vel per se, vel per Legatos suos, quorum Pon-
tificum mitu et authoritate conuocantur atq; cele-

Celebratio
Conciliorum
ab Apostolis
instituta.

Synodi pro-
vinciales sin-
gulis annis
cur celebrari
debeant.

Differentia
inter Conci-
lium generale
& Provincia-
le.

A a 5 branar.



brantur. Provincialis autem praesident Ardi-
scopi qui etiam plerumque Metropolitani dicuntur.
Eiuscmodi autem Synodi ex decreto quorundam
ciliorum saltem in anno semel congregari praecep-
tur. Licet iuxta Concilium secundum Chalcedo-
num, & Hormisdas Papae decretalem Epistolam ad
spaniae Episcopos &c. scriptam his in anno celeste-
solutum fuerit: quod & meminit Concil. Tolentini
quartum. Justinianus autem hunc morem, tam
diximus, Apostolorum decreto institutum suffi-
firmat. At cum varijs tandem impedimentis
Episcopi, quo minus annuatim conuenire possent,
latio tandem ad triennium prorogata est: sicut
ut singulo quoq. anno singuli Episcopi suos duces
nos conuocarent praelatos, & cum ijs de moratu
formatione controversiarum compositione, de qua
negocijs, quae ex ijs forent, iuxta praeuinciales
constitutionum normam, diligentem mirem tradi-
tionem. Et huiusmodi conuentus diaecesana Syno-
dici consuevit. Sed eò res deuenit, ut nec annuatim
decennali nunc spatio in Germania Archiepiscopibus
celebrentur Synodi: vnde tanta morsua
luto in clero nata est, ut Ecclesiastica disciplina
nitus collapsa esse videatur, & cum opus Domini
tam negligenter administretur, sit ut sacerdotum
contemptui exponatur, & vulgus sacerdotum
stigia sequens, nimia licentia pereat, & sicu
ita et populus esse appareat. Id vero mature au-
uerterunt Patres in Chalcedonensi Concilio pro-
cessu.

Cur sacerdo-
tū nunc con-
temnatur.

Chalcedonensi
ciliū, can. 18.

Peruenit ad nostras aures, inquiunt quod in pro-
cessu constituta Episcoporum concilia minime celeb-



ut hoc ex eo probatur, quod multæ, quæ correctione
opus habent ecclesiastica res negligantur: statuit ergo
hæc sancta Synodus secundum regulas Patrum
(temporibus scilicet ab Ecclesia statutis) in unum
convenire per singulas prouincias Episcopos, vbi fin-
gula quæ emerserint, corrigantur. Et Toletani Con- Toletan. Cō-
cilij Canon. Nulla penè res, ait, disciplinae mores ab cil. 4.
Ecclesia Christi magis depulit, quam sacerdotum ne- Sacerdotum
gigentia, qui cōtemptis canonibus ad corrigendos ec- seu Episcopo-
clesiasticos mores Synodum facere negligunt: ob hoc rum negligē-
tia perij Ec-
cliesiasticæ disciplina.
Parum antiqua decreta bis in anno difficultas tem-
poris fieri concilium non finit, ut saltem vel semel à
nobis celebretur. Iubet quoq; Tridentinum Conciliū Concil. Trid.
tales Synodos, sicuti omittæ sunt, pro moderandis Sess. 24. De-
moribus corrigendis excessibus controversijs compo- creto de refor-
matione, can.
nendis renouari debere. Omnia tamen hæc salubriter
sancta non sine magna et religionis et Ecclesiæ ia-
nitura, quasi nihil ad nos pertinerent, negligi vide-
mus. Hinc diuturna est aduersum negligentiam An- De Episcopo-
tistitum Ecclesiasticum querela omnium penè catholi- rum negligē-
corum, quam desidiam et alibi miris artibus fouet
Sathan non vero ad emolumentum sed perniciem ec-
clesia. Conqueritur mundus, quod hæc officia Domi-
ni gregi à pastoribus iam non impenduntur. Quan-
ta enim ex ista supinitate in Ecclesia exorta sunt of-
fendicula, quæ in agro Domini sata sunt, et etiam
num seruntur zizania, satis superq; attestatur, quod
Pastores Endimionis somnum dormiunt, neq; adhuc Episcopi En-
tot rumoribus et tumultibus passim in Germania dimiones.
et Galliarum regno excitati, somnum excusserunt.

Faxis



Faxit Christus, ut tandem expurgantur, attingantq; & sibi & vniuerso gregi, in quo eos Spiritus sanctus posuit Episcopos ad regendum Ecclesias. De quām comparauit sanguine suo.

GRATIANVS, VALENTINIAN. ET
Theodos. Impp. A. A. A. in l. 2. C. de sum.
trin. & fid. cath. &c.

Nicenæ fidei dudum à maioribus traditæ & diuinæ religionis testimonio atq; allelitione firmata obseruantia semper manuteneat: Qui verò hisdem non inferiuntur (scilicet quæ illa Synodus constituit) desinant aedificiis alienum veræ religionis nomē adiungere, & suis apertis criminibus denotentur, atq; ab omni submoti Ecclesiarum limine penitentia ceantur: cùm omnes hæreticos illicitas agere intra oppida congregations veterius, atq; quid eruptio factiofa tentauerit, ab ipsis eam urbium mœnibus exterminato furore propuli iubemus, vt cunctis orthodoxis Episcopis qui Nicenam fidem tenent, Catholicæ Ecclesiæ toto orbe reddantur.

MARTIAN. IMP. IN L. NEMO CLERICUS. C. de sum. trin. & fid. cath. &c.

Iniuriam facit iudicio reuerendissimæ Synodi, si quis semel iudicata ac rectè disposita uoluere, & publicò disputare contenderit; cum ea quæ nunc de Christiana fide à sacerdotiis qui Chalcedone conuenerunt, per nostra precepta statuta sunt, iuxta Apostolicas explicationes, & instituta sanctorum Patrum trecentorum



AN, ET
um.
as tradit
atq; alle
ianum e
ng/Chic
ta securi
é adsumo
entur, ap
ne penit
icitas ag
emus: d
pis em
re prop
Epilcops
icx Eccle
O CLS.
me Sono
spofitac
lerit; cu
erdoma
ostra pro
s expoli
m trecent
torum

torum decem & octo in Nicæa, & centū quin-
quaginta in hac regia urbe definita esse noscā-
tur. Nam incontemptores huius legis pœna
non deerit: quia non solum contra fidem verē
expositam veniunt, sed etiam Iudæis & paga-
nis ex huiusmodi certamine profanant vene-
tanda mysteria.

IVSTINIAN. IMP. IN EDICT. AD POP.
Constantinopolitanum, quod per Demetrium & Hy-
patium Episcopos ad Ioan. 2. Ro. Pont.
transmisit, §. Trecenti.

TRecenti autem decem & octo sancti Patres
collecti in Nicæa aduersus Arrium, illo cum
sua impietate condemnato, eandem confessio-
nem, id est, sanctum mathema, & Symbolum
fidei tradiderunt sanctæ Dei Ecclesiæ, & post
illos centum quinquaginta sancti Patres Con-
stantinopolim collecti aduersus Macedoniū,
santo Spiritui repugnantē, & Magnum Ap-
pollinaristam, illis condemnatis cum sua per-
fidia, secuti per omnia idem sanctum Symbo-
lum traditum à trecentis decem & octo san-
ctis patribus, explanauerunt de deitate sancti
Spiritus. In super autem & qui in Epheso prius
collecti sunt sancti patres, aduersus Nestorium
impium, & qui in Chalcedone conuenerunt
sancti Patres aduersus Euticheni impium, se-
cuti per omnia prædictum sanctum Symbo-
lum, siue mathema fidei, cōdemnauerunt pre-
dictos hæreticos vñā cum eorum impietate, &
hos, qui similia illis sapuerunt, vel sapiunt. Et
super

Concilium
Nicænum.

Concil. Con-
stantinopolis-
tanum.

Concil. Ephe-
finum.
Concil. Chal-
cedoneñ.



Hæretici sunt super hæc anathematizauerunt eos, qui alias
quicunq; se- definitionem, siue Symbolum, siue mathem-
cus quam cō- eilia sentiunt. tradunt accedentibus ad sanctum baptismum
vel ex quacunq; hæresi conuersis, prater tra-
tum (sicut dictum est) à trecentis decem & octo
sanctis Patribus, & explanaū à centum qua-
quaginta sanctis Patribus.

I D E M I N E D I C T O E O D.
§. quoniam autem.

Concil. Nicē-
num.

Concil. Sar-
dicense.

Conc. Nicē-
num.

Quoniam autem contentiose in iisdem pa-
manent hæretici, etiam quod est ore-
plius dicemus, quia quidam ex ipsis, qui in Ni-
cæna sancta Synodo conuenerunt, & expulsi
ab ea fidei definitioni, vel Symbolo subi-
pserunt, quoniam postea contraria sententias
apparuerunt, alij quidem viui, alij autem post
mortem anathematizati sunt à Damatio, in
etæ memoria papa antiquioris Roma, &
vniuersali sardicensi Synodo &c. Sed & Chal-
cedonensis sancta Synodus Donnum Anno
chiæ factum Episcopum post morte condicione
nauit: quod ausus est scribere, oportere solen-
taceri duodecim capitula sancti Cybilli.

VALENTINIAN. ET MARTIAN. IMP.
in l. quicunq;. C. de hæret. & Manich &c.

Quicunq; in hac sacra vrbe vel Alexan-
driana, vel omni Ægyptiaca dioecesi-
versisq; alijs prouincijs Eutichetus profanam
peruersitatem sequuntur, & ita non credunt
ut trecenti decem & octo sancti Patres tra-
derunt, Catholicam fidem in Nicæna ciuitate
fundan-



fundantes, centum quoque & quinquaginta
ali venerabiles Episcopi, qui in alma vrbe Concil. Con-
Constantinopolitana postea conuenerunt, & stantinopoli-
sicut Athanasius & Theophilus & Cyrillus,
sancte recordationis Episcopi Alexandrinæ
ciuitatis credebant, quos etiam Ephesina Sy- Concil. Eph-
nodus, cui beatæ memorię Cyrillus præfuit, in finum.
qua Nestorij error expulsus est, in vniuersis se-
cuta est. Quos & nuper venerabilis Chalcedo- Concil. Chal-
nenis Synodus est secuta, prioribus concilijs cedoneū.
sacerdotū ex omni prorsus parte consentiens,
nihilque adimens sacrosancto Symbolo, nec
adiciens, sed Euticheris dogmata funesta cō-
demnans, sciant se esse hæreticos. &c.

IDE M IMP P. IN D. L. QVICVN-
que. §. nulli insuper.

NVlli contra venerabiles Synodos Patrum
liceat aliquid vel dictare, vel scribere, vel, Conciliis cō-
edere atq; emittere, aut aliorum dicta vel scri- traria ne quis
pta super eadem re proferre: nemo huiusmodi scribat, taliaq;
habere libros, & sacrilega scriptorum audeat scripta pena
monumenta seruare. Quod si qui in his crimi- deportationis
nibus fuerint deprehensi, perpetua deporta- prohibentur.
tione daminentur.

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. VT CVM
de appell. cognosc. &c. §. si quis de prædictis. . .

SI parentes orthodoxi senserint filium, vel
liberos suos non esse Catholicæ fidei, nec in
facrosancta Ecclesia communicare, in qua o-
mnes beatissimi Patriarche, vna conspiratio-

Filij hæretici,
vt ingrati pos-
sunt exhære-
dari, & hereti-
corum paren-

&



tum bona ad
hæredes ca-
cholicos tan-
tum spectant.
& sanctas quatuor Synodos, Nicænam, Co-
stantinopolitanam, Ephesinam primam,
Chalcedonensem amplecti, seu recitat-
scuntur, licentiam habeant pro hac mani-
causa ingratos eos, & exhæredes in suo scri-
re testamento, &c.

Idem porrò in hoc eodem Authentico è regis
statuitur, quod si parentes, fratres, vel cognati
hæretici, ut eorundē hæreditas ad solos catholicae
ligionis propinquos perueniat, etc. sed de hoc sicut
IDEM IVST. IN AVTH. DE ECCLES.

sist. tit. & priuileg. §. sanctimus.

Canones vim
legum obti-
nere.

Sancimus igitur vicem legum obtinet
clæsiasticas regulas, quæ à sanctis qua-
concilijs expositæ sunt, aut firmate: hoc est
Nicæna trecentorum decem & octo, & in Co-
stantinopolitanâ sanctoru[m] centum quin-
ginta Patru[m], & in Ephesina prima, & in Chal-
cedonia, in qua Eutiches cum Nestorio
thematisatus est. Prædictarum enim quatuor
Synodorum dogmata, sicut sanctas scripturas
accipimus, & regulas sicut leges obseruamus.
Ideoq[ue] sanctimus secundum earum defini-
tiones sanctissimum senioris Romæ papam
mum esse omnium sacerdotum, &c.

IDEM IMP. IN CONST. NOVELLA.
in prin. apud Julian. Patric. Antecessorem
Constantinopolitanum.

Canones vt
leges.

Q Vatuor sanctorum Conciliorum canone
pro legibus habeantur,

EPISTO.



EPISTOLÆ QUÆ-
DAM IMPERIALES DE
Concilij quibusdam.

CONSTANT. IMP. AD SYNODVM

Tyri congregatam ita scripsit.

Consentaneum quidē erat & conueniens
potissimum temporū opportunitati tran-
quillam esse Catholicam Ecclesiam , & ab
omni iurgio liberos iam Dei seruos. Quoniam
verò nonnulli insano contentionis æstro per-
cūti (haud enim dixerim indignè, vt ipsos de-
cebat, viuentes) cuncta miscere conati sunt,
quod mihi, quamuis exceedere calamitatem
videtur, ob eam causam vos hortor, vt mox vi-
sis hisce literis, sine aliqua dilatione in vnum
concurrit. Synodus compleatis, opem illis,
qui auxilio egent, feratis, fratres periclitantes
seruetis, diuila à se inuicem membra ad con-
cordiam reducatis, quæ delicta sunt corrigatis,
dum tempus permiserit, vt tot ac tantis pro-
tincij competentem concordiam restituatis,
quam (prōh rem absurdam) paucissimorum
hominum fastus perdidit. Quod autem hoc &
Domino omnium Deo placeat, & nobis quo-
unque voto sit potius, ac vobis etiam ipsis, si
quidē pacem reuocaueritis, haud vulgaris glo-
riæ causam laturum, vniuersos simul mortales
fateri putamus. Nolite ergò iam moras necete,
sed illinc alacriter profecti ad constitutos
caminos competenti tempore contendere sa-

Bb tagite,



tagite, vt nō ad gratiam, sed secundum Ecclesiasticum & Apostolicum canonem, his delicta sunt, siue per errorem acciderunt, conueniens remedium excogiteris, & vt Ecclesia omnis generis blasphemia liberetis, & cum meas releuetis, & pacis gratiam iis qui uero dissident, reddentes maximam vobis in gloriam conciliatis. Deus vos custodiat, tres dilecti.

ORATIO CONSTANTINI MAGNI
ad Synodum Nicenam.

Hic mihi o amici, votorum finis fuit, vita tu hoc vestro fruerer. Iam cùm illo potius regi omnium gratiarum actionem reddere beo, quod mihi præ reliquis omnibus esse hoc bonum, quod cuncta superat, videre datur, simul cunctos vos congregatos recipere vnamq; communem & concordem omnium voluntatem cernere, largitus est. Neque hinc itaq; quisquam hostilis bona nostra compatiat, neq; alio quodam pacto malitia studi dæmon, sublata iam è medio per diuinam uatoris virtutem impia tyrannorum aduersus Deum rebellione, diuinam doctrinam blasphemis impetat. Mea sententia quoquis bellicus ac conflictu intestina illa Ecclesie Dei felicitate grauior ac perniciosior iudicata est, sumptus que illam concernunt, externis incommodis tristiora visa. Cùm ergo de hostibus numeris cooperatione Dei victorias tulerim, nihil nisi reliquum esse duxerim, quam ut Deo gratias agamus.



agam, & illis qui ab eo per nos liberati sunt
congratuler. Quoniā de vestra seditione p̄r-
ter omnem expectationem audiui, rumorem
eum non floccifeci, sed vt & huic malo per
ministerium meum mederi possem optauit,
ideoque cunctos vos incunctanter conuocauit.
Et gaudeo quidem quod cātum vestrūm vī-
deo, tūm verò potissimum votis meis satisfa-
ctum me iudico, si quandō animis omnes
vos coniunctos, vnamq; communem ac paci-
ficam cunctis obtainere confessionem, video,
quam & alijs vos, qui Deo consecrati estis, di-
spensare conuenit. Ne dubitetis itaq; o amici,
ne detrectetis ministri Dei, communisq; om-
nium nostri Domini ac seruatoris boni culto-
res, si quæ in vobis sunt dissidij causæ, illinc
iam abiçere: hoc si cœperitis, omnem illum
controversiæ nodum pacis legibus soluetis.
Hoc enim pacto & omnium Deo optimè gra-
tificabimini, & mihi conseruo vestro rem la-
giemini excellenter gratam.

CONSTANTIN. IMP. ECCLESIIS CAE.
teris de eadem Synodo scriptis in hunc modum.

Quoniam ex prosperitate rerumpub. re ipsa
comperi, quanta soleat esse diuinæ po-
tentia gratia, hunc mihi debere ante omnia
scopum esse iudicauit, vt apud beatissimas Ca-
tholicæ Ecclesiæ multitudines fides vna, syn-
ceraq; charitas ac concors erga cuncti poten-
tem Deum pietas conseruetur. Verum quoniā
fieri non potuit, vt ea res immotu ac firmum

Bb 2 statum



statum recipere, nisi in vnum simul cunctis vel saltem pluribus ex Episcopis conuentibus, singula sanctissimae religioni comparsia dijudicarentur, ob eam causam plurimi congregatis, ipse quasi unus vestrum praecomparui. Non enim negarim hoc, de quo maximè gaudeo, fuisse me videlicet contentum vestrum, quoad cuncta competenter essem quisita, ac donec sententia omnium gubernatori Deo placita ad unitatis consensionem lucem produceretur, nec quicquam amplexum ad dissensionem aut fidei controverson peresset. Ut etiam de sanctissimo Paschatis questione, communis sententiae equum vide est, ut hunc cuncti uno ubique die celebent. Quid enim nobis conducibilius? Quid his sius esse poterit, quam si festum hoc à quo ipsius immortalitatis accepimus, uno ordine, multo festaque doctrina ab omnibus illibate semper. Et primum indignum videbatur sanctissimum hoc festum ex imitatione Iudaice confundiri celebrare, cum Iudei manus infandis sacrilegiis doctriنا ab omnibus illibate semper. Et primum indignum videbatur sanctissimum hoc festum ex imitatione Iudaice confundiri celebrare, cum Iudei manus infandis sacrilegiis, meritoque; scelesti animis sanctissimis. Licit enim nobis reiecta illorum gente veriori ordine, quem inde à primo passim die ad presentes usque tempus custodiuimus, ad futura secula obseruantia huius auctorizationem extendere. Sit itaque vobis nihil inimicissima Iudæorum turba communione namque; à seruatore viam accepimus Christus sanctissimæ religioni nostræ proposuisse legimus.

De festo pa-
schatis.

A festo Pa-
schæ habemus
spem immor-
talitatis.

Cur Christia-
nis Paschæ fe-
stum nō cele-
brandū cum
Iudaïs.



legitimus ac conueniens: huic concorditer ad-
harentes à turpi illa conscientia nos ipsos atel-
lamus, fratres honorandissimi. Fuerit enim re-
vera absurdissimum, si illi glorientur, quasi si
ne ipsorum doctrina ista seruare nequeamus.
Quid autē recti poterunt illi sentire, qui post
Dominicā cædem ac parricidium mente mo-
ti, non ratione aliqua, sed impetu insfreni, quo
insira ipsis insania impulerit, aguntur? Hinc
igitur illi etiam in hac causa veritatem non
vident, ita vt plurimum à competenti emen-
datione errantes, vno anno alterum pascha ce-
lebrent. Quam igitur ob causam eos imitare-
mur, quos graui errore laborare cōfessum est.
Etenim non feremus vt bis Pascha anno vno
celebremus vñquam. Imò etiam, si ista non li-
querent oportebat tamen industriam vestram
hoc perpetuo quodam diligentia precumque
studio agere, ne vspiam animi vestri puritas
cum peccatorum hominum moribus com-
municare videatur. Præterea & hoc conside-
randum venit, fas non esse, vt in re tanta taliq;
religionis nostræ festo disensio obtineat. Vni-
cum enim nobis festum liberationis videlicet
nostræ, hoc est, sanctissimæ passionis diem ser-
uator noster tradidit, vnicamque Catholicam
suam Ecclesiam esse voluit, quæ licet maximè
sit multis ac varijs locis in partes diuisa, nihi-
lo tamen minus vno Spiritu, hoc est, diuino
consilio fuetur. Cogitet itaque vestra sancti-
tatis industria, quam graue sit & indecorum,

Bb 3 quod

Judæi nihil
recti possunt
sentire.

quod ijsdem diebus alij ieunijs vacant, & conuiua celebrant, & post Paschatis dies alio in ferijs, ac refocillationibus reperi, alios terminatis addictos esse ieunijs, vult itaque diuina prouidentia, vt malum hoc compesci ratione corrigatur, & ad vnam quandam constitutionem ducatur, id quod ego quidem cunctos sentire arbitror. Quapropter, quoniam causam hanc ita moderari conuenit, ut nobis cum gente paricidarum illorum, & eorum, qui Dominum occiderunt, communis reliquum conueniensque ordo est, quem ex Etate Occidentis, Meridiei ac Septentrionis partium orbis, Ecclesiæ & nonnulla etiam Orientis loca retinent, ob eam causam in præconuueniens faturum cuncti iudicant & per nostræ placere industria fateor, vt quod in Israele Roma & Africa, totaq; Italia, Ægypto, Hispania, Gallijs, Britannijs, Libyis, tota Helder, Asianaque dioecesi, ac Pontica & Cilicia vna & concordi sententia seruator, illuc vestra prudentia cupidè recipiat: hoc reputante id maximè velle cunctos, quod & accutum ratione appeti, & cum Iudeorum perfidissimil habere consortij videtur. Ut autem in summa & breuiter dicam, communiter omnium placuit iudicio, sanctissimum Paschatis festum & eodem celebrandum esse die. Inderum enim est, aliquam esse in tanta sanctitudine differ-



differentiam, & honestius eidem adhucere sententiae. Cum hac itaque ad istum sint compata modum, gratiam Dei, ac reuera diuinum mandatum cupide recipite. QVICQVID ENIM IN SANCTIS EPISCOPORVM CONSESSIBVS INSTITVITVR, AD DIVINAM REFERTVR VOLVN- TATE M. Quapropter cunctis dilectis nostris fratribus, quæ sunt peracta, significantes, & ante diæta, & sanctissimi diei obseruantiam recipere ac disponere debetis, vt cum aliquando ad status vestri, iam olim mihi desyderatum aspectum venero, uno & eodem die san- tum vobis scum festum celebrare queam, & cunctorum gratia vnâ vobis scum exhilarer, diabolicamq; illam atrocitatem per vestra stu- dia diuina virtute sublatum, ac vestram vbiq; fidem, pacem & concordiam in flore constitu- tam videam. Deus vos custodiat, fratres dilecti.

In sequenti scripto Constantinus causam Cecilia- ni Episcopi Carthaginensis. Antistiti Romano, et alijs quibusdam Episcopis decidendam continuit.

CONSTANTINVS AVG. MILTIADI

Epitoco Romanorum, & Marco.

Q Vandoquidem plures libelli à clarissimo viro Anylino Proconsule Africæ ad me sunt missi, in quibus refertur Cecilianum Carthaginensis urbis Episcopum à quibusdā eius collegis, qui in Africa sunt, de rebus mul- tis argui, & accusari, mihiq; id graue & mole- sum accidit, in prouincijs scilicet istis, quas

B b 4 deuo-



deuotioni meæ diuina prouidentia suo ipsius arbitrio, suaq; sponte mandauit, & in quibus frequens est populi multitudo, turbâ aliquâ & motum deterrorem ad seditionem contandam reliquum esse, dissidiumq; inter E scopos extare, placuit mihi ipsum Ceciliam vñâ cum decem Episcopis, qui eum resurgere videntur, & alios præterea decem, quipse sibi ad causam suam necessarios essent tratur, Romam in nauim impositos mittendis ibi vobis, & item Reticio, Materno, & Mano, collegis vestris præsentibus, quos euia gratia Röمام properare iussi, audiantur, verò causam totam ad augustinissimam legem accommodare, atq; plenissimè de re hac certiores fieri possitis, exempla scriptorū Apollini ad me datorum, literis meis adiuncta eos, quos dixi, collegas vestros misi, quibus unitas vestra perlectis cognoscet, quomodo quæ dicta est causa rite atq; ordine sit decidenda, atq; ex æquo & bono finienda. Nec enim sedulitatem diligentiamq; vestram lateat, et veneratione sanctam Catholicam Ecclesiam prosequi, ut nullum prorsus dissidium seditionem in loco aliquo relictam velim. Unitas magni Dei vos plures annos conseruat, reuerendissimi.

Aliam iidem Constitutionem vulgavit, unde quoq; conuentus cogeretur, in quo dissidium omnium sacro presbyterorum ordine tolleretur, eius vero bac sunt.

CONSTANT.



CONSTANTIN. AVG. CHRESTO

Episcopo Syracusano.

Am pridem antea cùm nonnulli prauè &
& peruerse à sancta religione virtuteq; cœle-
sti, & catholica secta secessione facerent, præ-
cidere volentes eiuscmodi eorum contentio-
nem & rixandi studium, constitueramus, vt
accitis quibusdam ex Gallia Episcopis, euo-
carisque ex Africa ijs qui inter se hostilem in
modum pertinaciter & obstinate contende-
rent, atq; certarent, præsente quoq; Rom. Epi-
scopo, id quod in controuersiam & concerta-
tionem venisset, in præsentia eorum diligentि
cura et iudicio decidi componiq; posset. Quá-
doquidem vero, sicuti fieri solet, quidam salu-
tis iuris cultusq; & obseruantia, quæ sanctissi-
ma secta debetur, obliti, odi aitq; inimicitias
amplius exercere non desinunt, neq; rei iudi-
cate acquiescere volūt, per exceptionem obii-
cientes per paucos quosdam sententiam tulis-
se, qui etiam prius ad decisionem celeriter &
cupidè ferendam accelerarint, quam omnia
qui inquit opus fuit, diligenter & accurate
excusilient. Quibus ex rebus omnibus illud
euenit, vt simul & illi quos fraternalm concor-
diā & vnanimitatem obtinere decuit, turpi
quodam seu potius detestādo more per seces-
sionem inter se dissideant, & hominibus, qui à
sanctissima religione alieno sunt animo, oc- Christianorū
casio ridendi atq; obstanti sit prebita. Ita- dissidia infi-
que prouidendum mihi est, quod dudum post delibus ridea
sententiam latam spontanea tractatione com- di occasionsē
præbent.

B b 5 positum



positum oportuit, ut id nunc tandem multis
præsentibus finem debitum consequatur.
stequam igitur ex diuersis plurimis quod
Episcopos in Arelatensem ciuitatem incul-
lendas Augusti conuenire iussimus, tibi
scribendum esse censuimus, ut accepta
clarissimo Latroniano, agitatore Sicilia
blicæ vecturæ tessera, duobusq; aliis ex secundu
do ordine, quos ipse eligendos putaueris
adiunctis, & pueris tribus, qui in itinere
inseruant, assumptis, intra eam diem in
quem diximus, locum peruenias. Ut per su-
tam tuam, reliquorumq; qui ibi consue-
vnam et consentientem prudentiam
trouersia, quæ huc viisque non recte per fidem
intestini dissidij contentionem durauit, co-
nibus quæ hinc & inde ab iis dicentur, qui
ter se dissident, quos adesse ibi etiam prece-
mus, auditis, vel nunc tandem ad debitum cu-
tum, professionem, concordiamq; fratrem
reduci queat. Incolumem te Deus omni-
tens multos conseruet in annos:

EPISTOLA VALENTINIANI ET MA-
tiani, ad Leonem sum. Pont. invitatoris pro Cal-
donen. concilij celebratione, ad bonum
fidei & pacis.

VICTORES VALENTINIANVS ET MATI-
ANUS, gloriofi triumphatores semper AA. Leonis
rendiss. Archiep. gloriofa ciuitatis Rome.
AD hoc maximum imperium venimus, de
prudentia, & electione senatus excelle-
tissimi, cunctaq; militiae, unde pro reuerente
Catholica religione Christianæ fidei, cuius

dem mai
quatur. p
misquelo
em intru
is, tibi qui
cepta a
Sicili
iis ex lec
ita ueris, d
itinere v
iem in en
Ut perfid
i couent
denti am
e per fad
urauit, m
ntur, quin
am prae
debitum d
; fraternit
us omnia
ET M
pro Cate
onum
ET M
Leon
ome
nimus.
is excus
euerend
ei, cuius
XII

illis virtutem nostræ potentia confidimus
gubernari, TVAM SANCTITATEM
PRINCIPATVM IN EPISCOPATV,
DIVINAE FIDEI POSSIDENTEM,
sacris literis in principio iustum credimus al-
loquendam, inuitantes atq; rogantes, vt pro-
fumitate & statu nostri Imperij, æternam di-
unitatem tua sanctitas deprecetur, vt & tale
propositum, atq; desiderium habeamus, qua-
tenus omni impiò errore sublato, per celebra-
dam synodum te authore maxima pax cir-
ca omnes Episcopos fidei Catholicae fiat, ab
omni scelere, pura & intemerata consistens.
Actum Constantinopoli in consulatu Domi-
ni Valentiniani perpetui Augusti.

EPISTOLA IMPERATORIS MARTIANI

Aug, ad Leonem Papam, qua excitat illum, vt
deliberet de futuro concilio, eiusque
habendi apto loco.

LEONI REVERENDISSIMO EPISCOPO

Ecclesie gloriofissimæ ciuitatis Romæ, Martianus.

DE studio & oratione nostra sanctitas tua
non dubitat, quoniam veram Christiano-
rum religionem & Apostolicā fidem firmam
volumus permanere, & ab omni populo pia-
mente seruari. Denique sollicitudinem nostrę
potentia ex recta religione & propitiacione
saluatoris nostri considerare, non ambigimus.
Quapropter reuerendissimos viros, quos ad
nostram pietatem sanctitas tua dixit, liben-
ter & sicut decebat, animo grato suscepimus.
Superest,

Supereft, si placuerit tuae beatitudini in his
partes aduenire, & synodus celebrare, hoc
facere religionis affectu dignetur: nostris vero
que desideriis vestra sanctitas satis faciet, &
crae religioni, quae vtilia sunt, decernet. Si ve
hoc onerosum est, vt tu ad has partes ad
nias: hoc ipsum nobis propriis literis tuae in
dictas manifestet, quatenus in omnem Orientem & in ipsam Traciam, & Illyricum fac
nostrae literae dirigantur, vt ad quendam de
nitum locum, vbi nobis placuerit, omnes
etissimi Episcopi debeat conuenire, & co
Christianorum religioni, atq; Catholicis
prosint, sicut sanctitas tua secundum Ecclesias
regulas diffinuerit, sua dispositiones clarent.

IMPP. CAESARES VALENTINIANI
& Martianus, victores & triumphatores maximi
semper A.A. ad omnes vbiq; Episcopos.

Princeps curia regia religionis Catholice omnibus aliis rebus
anteponere debet.

Indictio Concilij Niceni. **O**Mnia ad veram fidem & Christianam
orthodoxam religionem tendentia, prae
nenda aliis rebus existimamus. Deo enim pri
oritate existente, & nostrum imperium, & co
munes causas meliores fore cōfidimus. Quo
igitur dubitationes quædam circa orthodo
xam fidem motæ sunt, sicut indicant & do
fancissimi Archiepiscopi felicissimæ Rer.
Leonis, placuit nobis propriæ, sanctum Oci
cillum fieri in Nicæa Bithiniæ ciuitate: quo
nus cunctis concordantibus, veritate eximi
nata & vacante omnium studio, quo quicun
dam

tim abusi, religionem turbauerunt orthodo-
xam, vera ac saluberrima fides, sic omni mun-
do manifestetur, vt de cætero omnis quæstio et
dubitatio auferatur. Vnde tua sanctitas cum
quanti approbauerit reuerendissimis Episco-
pis sub suo sacerdotio constitutis, sanctorum
Ecclesiarum, expertas habetibus diuinæ scri-
pturas, et in scientia & doctrina orthodoxæ &
veræ fidei p[er] cunctis eminentibus ad memo-
ratam Nicenam ciuitatem proximis Calend.
Septembr. aduenire festinet. Quisquis enim
generalem omni mundo utilem futuram sy-
nodum refutauerit, peccet equidem & circa
divinitatem ipsam, et pietatem nostram offen-
dat. Agnoscat autem & tua sanctitas, quoniam
nostra pietas aderit in ipso concilio, nisi quæ-
dam publicæ & ineuitabiles curæ nos in ex-
peditione fecerint occupari.

HIDEM IMP. A.A. ANATOLIO
Episcopo Constantinopolitano.

Omnibus negotiis diuinæ res præponendæ
sunt. Deo enim omnipotente propitio rem-
publicam & conseruandam & meliorandam
esse cōfidimus. Quia igitur dubitationes quæ-
dam in orthodoxa religione nostra videntur
esse commissæ, sicut etiam Epistola viri reue-
rendissimi Episcopi almar[um] vrbis Romæ Leo-
nis testantur, id specialiter clementie nostræ
placuit, vt venerabilis synodus in Nicena ci-
uitate prouinciæ Bithiniaæ celebretur, quare-
cens Indictio Ni-
cenæ synodæ.
gus conuenientibus animis & omni veritate
discussa,

discussa, cessantibus etiam studiis, quibus deo a
te hac usi quidam, sacrosanctam orthodoxam polsi
religionem conturbasse noscuntur, vera f
nostra cuncto seculo manifestius innove
ut deinceps nulla posset esse, dubitatio vel tanta
scordia. Quia de re sanctitas tua cum qui
placuerit, reuerendissimis Episcopis, que
Ecclesiis sub sui sacerdotij cura confite
idoneos & instructos orthodoxe religionis
se probauerit, ad predictam Niceam ciuitatem
intra diem Calendari Septembrium ire depon
peret. Sciat autem religio tua etiam seru
tem nostram venerabili synodo inter futuras
nisi forte publicæ necessitates in expeditio
bus detinerint. Diuinitas te seruet per mu
tos annos, sancte ac venerabilis pater. Datu
Calen. Iunij. Constantinopoli, consulatu
mini Martiani perpetui Aug.

I IDEM IMP. AD SYNODEM
Niceæ congregatam.

STUDIUM nostri est, congruerter decem et quin
sanctæ & orthodoxe religionis existimare, que
tenus omnis ambiguitas perimitur, & decem
pax sanctissimis & Catholicis reddatur Ecclæsiis. Hoc enim omnibus rebus propositum
existimamus. Quia igitur voluimus
teresse sancto Concilio, retinent vero nos
publicæ & necessariæ utilitates in expeditio
nibus dignetur vestra religio nō arbitrari graue
stra tranquillitatis absentiam sustinere: fede
rare quatenus ea quæ inter manus habemus.



s, quibus Deo auxiliante benè disponentes, illuc venire
orthodoxos posimus, ut nostra pietate præsente decernā-
tur, veris, que omnem discordiam questionemque
innocentes submoueant, & confirment veram & vene-
tationem, tandem orthodoxorum fidem.

*Iudem Impp. tandem ad Patres Niceæ congrega-
ti, ut Chalcedonen, transmigrent, scripsere in hanc
modum.*

VICTORES VALENTINIAN. ET MAR-
TINUS, glorijs ac triumphatores maximi semper Au-
gusti, Deo amabili synodo.

Festinantes ad sanctum venire Concilium,
reinuit nos causa publicarum, et nimis ne-
cessariarum rerum. Cognouimus autē ex his,
quæ à vestra sanctitate scripta sunt, quoniam
plurimi vestrum propter corporis infirma-
tem aliasque diuersas causas laborant. Vnde
licet plurimarum publicarum causarum no-
bis sī hic remorandi necessitas, tamen præpo-
nendam omnibus curam sancte & orthodo-
xæ fidei iudicamus. A reuerendissimo nam-
que Leone Archiepiscopo felicissimæ fidei vr-
bis Romæ, reuerendi Episcopi et presbyteri ve-
nerunt, & poposcerunt à nostra tranquillita-
te, quatenus omnimodo nos adesse debeamus
sancto Concilio, affirmantes, quoniam nō pa-
tententur illi, absente nostra pietate venire. Se-
cundum petitionem vero vestre sanctitatis,
nos ipsi valde querentes velociter sanctissi-
mum vestrum Concilium celebrari, festina-
mus ad vos citius aduenire. Vnde si perspicit
vestra



vestra religio, in Chalcedonensium ciuium
venire dignemini: illuc enim p̄curremus
et hic nos publicæ causæ retineantiquam
quaꝝ profint veraꝝ & orthodoxa fidei, & p̄

Negotium fi- disciplinaꝝ sanctorum Catholicarum Eu-
dei cæteris o- siarum, omnibus arbitramur esse prepon-
mnibus ante- nec dubitamus, quin etiam velut sancti
ferendum. hoc placebit. Ne etiam angustia ciuitatis
plius vos faciat laborare, & absente noſtis
quillitate, sanctum Concilium longius
trahatur. Orae ergo dignemini pro noſ
imperio, quatenus & hostes subditi noſ
ciantur, & pax in vniuerso orbe firmetur.

Romanæ res securæ consistant, quod eum
nunc vos facere iudicamus. Deus vos con-
dit per multos annos.

I I D E M I M P P. A D I D E M C O N C I L I U M , ut Chalcedonem migrare properet.

D Vdum quidem et per alias diuinæ noſtæ
literas indicauimus vestre religioni
tenus in Chalcedonensium ciuitatem veni-
tis, vt ea, quaꝝ de sancta & orthodoxa fidei
sanctis Patribus noſtris sunt diffinita, con-
maretis, ne diutius orthodoxorum multitudi-
nibus diversis modis errando seduceretur, sed me-
nes Dominum noſtrum, & saluatorem Ce-
stum, ſicut congruit, & ſicut sanctissimi filii
noſtri dec̄ euclent, conſteantur. Nos om-
propter feruentissimum fidei zelum pug-
nare contulimus, multum desiderantes ea, quaꝝ
orthodoxa



orthodoxæ & vera sunt fidei, tranquillitatis nostræ præsentia confirmari. Nam ea quæ in Illyrico contigerunt, & ad vestras aures peruenisse cōfidimus, quæ licet Dei voluntate competenti vindicta contigerunt, tamen publicatum rerum vtilitas exigebat ad Illyricum nosse tranquillitatis profectionē. Sed quoniam (huc prædictum est) nihil orthodoxæ fidei, & vthæc roboretur, præponendum esse iudicamus, propterea huic quidem expeditioni interim supersedemus. Et nunc propriè vestram venerationem per has nostras sacratissimas literas adhortamur: quatenus sine vlla dilatatione accedatis Chalcedonensium ciuitatē. Quoniam Attico diacono regiæ ciuitatis sanctissimæ & Catholicæ Ecclesiæ referente nostræ tranquillitati cognouimus vestram sanctitatem formidare, ne fortè Eutychetis sectatores, aut alter aliquis seditiones, aut tumultus aliquos præparare pertentent. Quia gratia significamus vobis, vt prædictam causam nullatenus formidantes adueniatis in Chalcedonensium ciuitatem. Speramus enim de Dei clementia, quia præter aliquam turbam atque tumultum omnibus secundum orthodoxam & veram fidem iustè & Deo placitè constitutis, vnuſquisque vestrum ad propria sub celeritate reueretur. Festinate itaque aduenire, & nullam dilationem negotio facere, ne per vestram segniciem dilationem habeat inuentio veritatis. Nobis enim studium est, Diuinitate propicia,

Cc prospe-

prosperit finem accipiente causa velociter ad expeditionem felicissimam remane. Deus vos custodiat per multos annos, laetissimi & Deo amantissimi Patres. Dux Calend. Octobr. Heracler.

IMP. MARTIANI AVG. AD SYNODUM CHALCEDONENSEM, ORATIO.

CVm primùm per electionem in regnum secreto Dei prouecti sumus, inter tantas publicas utilitates nullum magis nos confinxit negotium, quām rectam & veram fidem Christianorum, quæ sancta & veneranda constituit, indubitatam omnibus declarare. Manifestum est enim, quòd ex avaritia vel vanadio hi, qui præcedentibus temporibus dissapuerunt, & docuerunt populum, placuit, non prout conuenit, neque quietitas aut doctrina Patrum exquirit, multo errorem seducti sunt. Vnde & sanctam Synodum ad istam ferre perfectionem, preponimus, laborem vobis arbitrii sumus impetrare, vt omni errore caliginis deterioso, secundum quod ipsa diuinitas hominibus haferi manifestam esse voluit, vt Patrum demonstrata doctrina, sic fides nostra, quæ pura & sancta consistit, in omnium ingrediens animas prius veritatis effulgeat luce. De cetero autem nemo de nativitate Domini & saluatoris nostri IESU CHRISTI aliud disputare, praeter quòd Apostolicum proemium trecentorum decem & octo Patrum consonans, hanc doctrinam.

Spreta Patri doctrina homines in errorem seducuntur.

Contentio de nativitate Christi. prius veritatis effulgeat luce. De cetero autem nemo de nativitate Domini & saluatoris nostri IESU CHRISTI aliud disputare, praeter quòd Apostolicum proemium trecentorum decem & octo Patrum consonans, hanc doctrinam.



doctrinæ; tradiſſe noſcitur, ſicut ſanctissimi
Pape Leonis, qui apoftolicum gubernat thro-
num, ad ſancta memoria Flauianum regię vr-
bis Constantinopolitanae quondam Epifco-
pum, teſtantur literæ. Noſ enim ad conſir-
mandam fidem, non ad oſtendendam virtu-
tem, exemplo Imperatoris Conſtantini a deſſe
Synodo excogitauiimus, ne in posterum mul-
titudo populi iuſtitutionibus prauis attracta,
iueniat diſſentiens. Facile enim ſimplici-
tas quorundam commentis, ceu locuti ſumus,
uſque nunc deluſa eſt: quoniam manifeſta di-
uerſorum prauis doctrinis diſcordiæ & hære-
ſeſoltenſe ſunt. Nobis autem omne ſtudium
adhibendum eſt, ut populum propter veram
ſanctamque doctrinam idipſum ſentientem,
uni reſte applicare Eccleſię: Et iudeo veram fi-
dem Catholicamque etiam exponere ſecun-
dum Patrum doctrinam, concordantibus ani-
mis veſtris, veſtra properet reverentia, ut qua-
liter in Nicena Synodo, uſque in hoc tempus
abſciſſo errore vera fides eſt hominibus co-
gnita: ſic & nunc per hanc ſanctam synodum
depoſita nebula, quæ in eis paucis annis (ut ſu-
perius diximus) ex prauitate & auaritia quo-
rundam viſa eſt exoriri, ſempre ſeruentur, quæ
ſtatuta ſunt. Erit quidem diuinæ prouiden-
cie, quod pie fieri voluimus in ſecula hoc con-
ſeuare firmitiſſime.

IMPP. CAESARES THEODOSIVS
Valentinian. Victores ac triumphatores maximi,
semper venerabiles Augusti, Dioſcoro,

De hoc Dioſcoro multa
ſcribit Nice-
phorus in lib.
15. 16. & 17.
Huius etiam
meminit Iu-
ſtinianus in
magno illo e-
dicto ad Cō-
stantinopoli-
tanum pop.
quod vide ſu-
pra in cap. de
Rom. Impe-
rio.

C Vnctis constitit manifestum, quia no-
re publica status & omnia humana, di-
na pietate moderantur atque firmantur. De-
enim propicio constituto, proſperē & ſe-
dum vota noſtrā gubernari res, & proficien-
t. Imperium ergo diuino nutu ſorti, ad
ditis pro pietate & mansuetudine ſimiliter
ceſſariꝝ plurimam ſollicitudinem impa-
muis, quatenus & vera religio, & noſtra re-
blica cultu D E I purissimo, & pietate fir-
ma präfulgeat. Quoniam igitur in praefati-
ta emergente dubitatione ad Catholica &
poſtolica doctrinæ, ac noſtræ fidei cuſtodi-
quaꝝ ut fit, diuerſis ſententiis impugnata,
turbat & confundit hominum ſenſus, & mo-
rmas. Intolerabile duximus huiusmodi de-
ſum contemnere, ne per talem negligenciam
ipſi Deo inferre cōtumelias viderentur. Ide-
que ſancimus in vnum sanctissimos & Deo
plaſcitos conuenire viros, quibus pro pietate
Catholica atque vera fide plorimis ſermoni
ut vniuersa quidem talis vana dubitatio
tilli proposita inquisitione ſoluatur, veritate
& Deo amica Catholica fides firmetur.
Igitur & tua sanctitas ſumptis ſecum clam
reuerendissimis metropolitanis Episcopis
sub tua degunt diocesi, & aliis ſimiliter
cem sanctis Episcopis, ſermone et vita ornata.



quoniam doctrina & scientia rectæ & immacula-
tæ fidei præ cunctis apud cunctos eminēt, pro-
ximis Calendas Augusti Ephesum, Metropo-
lum Asiae conuenire absq; vlla dilatione festi- Indictio Cō-
nēt: nullo scilicet alio, præter prædictos viros, cilij Ephesini.
sanctam Synodum molestante, quatenus vni-
uersis sanctissimis & beatissimis Episcopis,
quos conuenire per sacras nostras Epistolas
lancimus ad prædictam concurrentibus ciu-
itatem & subtilissimè inuestigantibus, & quæ-
rentibus, omnis de medio error contrarius au-
feratur: Catholica autem doctrina & ortho-
doxa fidei saluatoris nostri CHRISTI ami-
cissima solidetur, & consuetè effulgeat, quod
vniuersi in posterum inconcussum Deo pro-
picio & intemeratum custodian. Si quis ve-
tio tam necessariam & verè Deo amicam Sy-
nodum prætermiserit, & non omni virtute se-
cundum prædictum tempus ad præfinitum lo-
cum peruererit, nullam excusationem neque
apud Deum, neq; apud nostram inueniet pie-
tatem. SACERDOTALEM ENIM CON-
VENTVM NON NISI QVIS MALA
PROPRIA CONSENTIA SAVCIA-
TVSEVITAT. Theodoretum sanè Episco- Cyr⁹ oppidū
pum Cyri ciuitatis, quem pridem iussimus suę est in Syria si-
solı vacare Ecclesia, sancimus non prius ad tum, à Iudeis
sanctam Synodum conuenire, nisi vniuerso olim è capti-
sancto placuerit conuenienti cōcilio & ipsum uitate dimis-
concurrere, & pariter interesse. Si verò aliqua sis, in gratiam
discordia de eo emerserit, absque illo sanctam Cyri regis Per-
Procopius.

Cc 3 Synodum



Synodum conuenire, & quæ iussa sunt ordinis
repræcipimus. Dat. 3. Cal. April. Constantini
poli, Zenone & Posthumiano. VV. CC. Col

I IDEM IMP. DIOSCORO ALEXANDRINO Episcopo.

PERuenit ad nostræ serenitatis auditum quod
multi reuerendi Orientaliū Archimandri
tæ simul cū Catholicis populis aduersus quod
dam Episcopos, qui Nestoriana impietatem
grotare dicuntur, in quibusdam Orientaliū
ciuitatibus constituti laborarent, & pro Catho
licâ fide contenderent. Hac ergo de causa
nostræ serenitati complacuit, religiosissimum
presbyterum & archimandritam Barsumae
puritate vitæ & Catholicâ fide probatissimum
adesse Ephesinæ ciuitati, & tenentem locum
cunctorum Orientalium Archimandritarum
concedere tam tuæ sanctitati, quam vniuersaliter
sanctissimis Patribus ibidem conuenientibus
quatenus Deo placita de omnibus sententias
proferatur. Dignetur proinde tua religio prouidens,
quia omnis nobis est pro Catholicâ fide
de solicitude, affectuose & praeditum re
rend. Archimandritam suscipere, & operari
dare, vestræ eum tanq[ue] Synodi participem
ri. Dat. Id. Maij. Protegene V. C. Cosl. & co
fuerit nunciatus.

I IDEM IMP. BARSUMAE
Archimandrita.

NON stram pietatem latere nō potuit, in quod
sint certamine constituti per Orientem reli
giofici.



ligiosissimi & sanctissimi archimandritarum, pro
fide laborantes catholica & quosdam Episco-
pos in civitatibus Orientis constitutos, Nesto-
rianæ hæreleos participes auersantes, collabo-
rante etiam orthodoxo populo eisdem religio-
sissimis archimandritis. Quoniam igitur et tua
sanctitas pro Catholica fide tantum laborem
sustinuit, ut ad nostram perueniret pietatem:
iullum esse duximus tuam sanctitate puritate
vitæ & Catholica fide probabilē ad Ephesinā
pergere ciuitatem, et locum tenetem omnium
religiosissimorum archimanditarum Orien-
talium, cōsidere S. Synodo, qua ibidem dispo-
sa est conuenire, & cum aliis sanctis patribus
& Episcopis, qua sunt Domino placita, ordi-
nare. Dat. prid. Id. Maij. in Alexandria.

MARTIANI IMP. EDICTVM AD CON-
stantinopolitanas ciues, de confirmatione gestorum
Chalced. Synodi, & eorum observatione.

Venerabilem Catholicę orthodoxorum fi-
dei sanctitatem manifestam & indubitate
vniuersis constituere cupiens nostra serenitas,
ut maior erga diuinitatis obsequia hominibus
religio traderetur, tātam atq; tales synodum
ex omnibus penē provinciis coadunatis Epi-
scopis in Chalcedonensi ciuitate colligi iussit,
atq; ibi plurimis diebus tractatu habito, quod
verum & infucatum Christianę fidei esset, in-
venit. Votis enim, & oratiōibus plurimis exo-
ravere diuinitatem, quatenus sancta & plena
eos veritas non lateret. Sicutiq; sunt statuta ve-
nerabilium patrum, ea videlicet, que apud Ni-

Cc 4 ceam

ceam trecentorum decem & octo sanctorum inquirunt
Episcoporum sunt sententia definita, similes
& quæ centum quinquaginta in hac amplissima
coadunati virbe constituerunt, atque ea
apud Ephesum pridem statuta sunt, cum be-
tissime recordationis Cœlestinus Romanus
bis, & Cyrilus Alexandrinus ciuitatis Episco-
pi, inuenere veritatem. Quo tempore enim
Nestorianus error exclusus est, eius author
dānato. Quibus ita ritè & venerabiliter ad
Chalcedonam inquisitis, Eutyches, qui quod
affirmabat illicita, cum sua assertione dejectus
est, ne decipiendorum vterius ei hominibus
præberetur facultas. Ordinatis itaq; religio-
& fideliter, quæ venerandam orthodoxam
fidem fundasse noscuntur, ita ut nulla impo-
sterum dubitatio, vel illis qui calumniam
uinilitatem assolent, relinqueretur: sacro nō
serenitatis editio venerandam Synodus con-
firmantes, admonuimus vniuersos, vt de-
ligione disputare desinerent, quoniam vero
& alter tanta secreta inuenire non posset, ma-
xime cum summo labore & amplissimis ope-
rationibus tot venerabiles sacerdotes, nisi De-
ut credendum est, authore, ad indaginem re-
ritatis non potuerint peruenire. Verū manifesta
ratione cognovimus, non defini-
quidam in eadem peruersitatis insanis per-
nere, & publicè de religione cōtendere popu-
lis coadunatis, & mysteria diuina, ludorum
Paganorumque sub obtutibus publicare, si
prophanare, quæ rectius colenda sunt, quin
inquit

In I. nemo cle-
ricus. C. de-
sum. trin. &
fid. cath. & I.
quicunq;. C.
de hæret. &
Manich.

Fidem Catho-
licam mini-
mè reuocan-
dam in quæ-
stionem.

inquirenda. Oportuerat itaq; in eadem perti-
nacia consistentes, statuta dudum animaduer-
sione compesci, vt pœna corrigeret, quos reue-
rentia iussionū emendare non potuit. Verūm
in hoc secuti consuetudinem nostram noscen-
tes præ omnibus, quod diuinitas pietate læte-
tur, pœnam nocentium credidimus differen-
dam, iterata hac sentientes nostræ clementia
iunctione, vt in futurum à prohibitis omnes ab-
stineant, nec conuenticula colligant super re-
ligione certantes: quia in huiusmodi peruer-
sitate & yanitate detecti, & statutas dudum su-
scipient pœnas, & iudicio motu, prout reli-
gioſis temporibus conuenit, punientur. Opor-
tet enim Chalcedonensem Synodum sequi, in
qua omnibus diligenter quaſit, ea definita
sunt, que pridem tres prædicti cætus Apostoli-
cam fidem secuti, omnibus obſeruanda tradi-
deront ciuijbus Constantinopolitanis. Dat. III.
Id. Martij Constantinop. Sporatio V.C. & qui
fueit nunciatus, Cos.

Fides catholi-
ca rectius co-
litur quam
inquiritur.

Conuenticu-
la prohibita.

MARTIANI IMP. ORATIO, QVAM AD
Synodum Chalcédonensem primū Latinè,
ac deinde Gracè habuit.

Vbi primum diuino iudicio ad imperium
sumus electi, ante alias omnes publicas ne-
cessitates reipublicæ, nulla nos magis causa
constrinxit, quam vt orthodoxa & vera fides
Christianæ, quæ sancta atq; pura est, indubita-
ta omnium animis infideret. Constat autem
anaritia, vel studiis quorundam per media tem-

Cc 5 pora



pora nonnullis diuersa sentientibus, & voluntate sua (non prout veritas atq; doce patrum postulat) populum seducentibus Timo errorem quam plurimos esse deductos. Qu re sanctam Synodum hoc videlicet propos fieri studiimus, & vobis laborem indixi demur, quatenus omni errore atq; caligin terfa, prout se dininitas hominibus manife voluit, & doctrina patrum ostendit: regno nostra quae pura atque sancta est, vniuersitatemibus insinuata, sua veritatis luce fasciat, &c.

Hæc eadem Oratio ex alio authore etiam habetur licet paucis quibusdam verbis diversa, ideò integrum hic denuò reponere superius vixam est.

IMP. CAES. LEO, PIVS VICTOR, II
umphat. max. semper colen. Aug. Anatolio Episcop

In votis quidem pietatis meæ fuit, ut vixisse orthodoxæ, rectæq; sentientes & sanctæ Ecclesiæ nec non urbes sub imperio mano omnes quiete altissima fruerentur, quicquam quod statum illarum & tranquillitatem turbare posset, intercederet. Quid autem nuper admodum apud Alexandrinos accidit, sanctitatem tuam iam nosse credimus, verò plenius de rebus omnibus, & quæ tantum tumultus & confusionis extiterint, exempla precum, quas religiosissimi monachos & clericos ex Alexandria urbe, & cetera Egyptia aduersus Timotheum in urbe Con-

Epistola Leo.
pis. i. Imp.



ibis, & Iustinopolitana, pietati meæ obtulere, atque
arq; doct; incertibus
actos. Quod
et prop
i index
; caligin
us manus
endit: re
vniuersit
s luce t
re ejus f
is dñe
e supermu
FOR. Th
lio Episcop
it, vt vnde
s & famili
impenio
erentur
& trans
et. Quia
inos acc
redim
& quicun
iterit, ce
nsimili
pe, & dim
in vrbe C
futinopolitana, pietati meæ obtulere, atque
indem supplicum libellorū exempla, quos à
Timotheo internuncij eius Alexandria adue
nientes serenitati nostræ in comitatu nostro
dederunt, ad pietatem tuam misimus, ut quid
a dū sit ab eo, quem diximus Timotheo, quem
ibi populus Alexandrinus, & qui ibi magi
stratus gerunt, ciuesq; & naucleri, seu nauium
gubernatores, Episcopum petunt, & alijs quo
que de rebus, quas supplicationum complecti
tu contextus. Ad hæc de Synodo Chalcedo
nenſi, cui nequaquam assentiuntur, quemad
modum libelli adiuncti ostendunt, clarissim
sanctis tua cognoscere possit. Itaque pietas tua
orthodoxos omnes & sanctos Episcopos, qui
nunc in vrbe hac imperante degunt, & religio
ſimos clericos, confestim ad te conuocet, &
rebus omnibus cum cura & fide tractatis atq;
deliberatis: quandoquidem hoc tempore Ale
xandrina ciuitas turbulentia & status eius tran
quillitasq; nobis maximè curæ est, nobis sen
tentiam suam de Timotheo ipso, & concilio
Chalcedonén. timore humano omni, gratia
etiam & odio semoto, solum omnipotentis
Dei meum ob oculos ponens, significet (scitis
namque vos omnes de negocio tanto imma
culata diuinitati rationem esse reddituros) ut
in eo & Alexandrinorum ciuitas, pro cuius
quiete nos præ omnibus conuenit cogitare,
tranquillitate sanctorum Ecclesiarum & di
sciplina & inconcussa pace potiatur,

J.M.P.P.

IMPP. THEODOS. ET VALENTINUS
sanctæ & magnæ Synodo Ephesinae, Celestino, Alio
Augustiniano & reliquis religiosis Episcopis.

Quantū zeli circa pietatem & progenie
nostrorum fidē ostenderimus, ma
quidem, vt arbitramur, præcedentibus iudic
perspicue declaratum est: non minus autem
illud & in eo, quod Synodum vestram no
conuocauimus, vniuerso orbi manifestum
esse credimus. Neq; enim cùm vel parum
sceptatio quædam emerisset, quietum
quo citius illius consequeretur solutio, sa
tatem vestram diligenter conuocari tecum
nequaquam futurum rati, vt molestus p
vestre esset subeundus pro pietate labor. Ex
diram autem ad hoc deputauimus ciuitatis
& terra & mari accessu facilem, & quaenam
generis fructus, cum eorum qui in ipsa nati
tur, cùm qui aduehuntur, quantum viuis
gentium exposcit, abundè suppeditet, ita ut
pius serenitatis nostræ scopus, & sanctitatis
stræ Synodus faciliore cursu in effectu de
catur. Vnde & nunc significatum à pietate
stra Nestorij, Cyrilli & Memnonis deposita
nem suscipimus. Cæterum autem in alijs que
que quæ à vobis gesta sunt, cognoui mus
dem vos & rectitudinem circa Christianis
custodiuisse, quæ à Patribus ac progenie
bus accepimus, quam etiam sancta Sym
ante sacram Constantini mortem confirm
uit. Curabit igitur quisque sanctissimum

A loc' como
ditare.

A fertilitate.



ocilij, vt soluta iam omni disceptatione, præ-
electio, & Calend. cum pace & concordia domū
redeatis. Ut autem sanctitas vestra non solum
nostræ pietatis literis ad concordiam se, & in
vniuersum ad pijs dogmatis pacem admoneri
videat, etiam Acatij Beroënsium Episcopi li-
teras, quibus ad hoc ipsum hortatur, lectas ad
vos misimus, qui quia sanctissimo vestro con-
cilio propter senij gratuitatem coniungî non
potuit, per ea qnæ scripsit pietati ipsius con-
uenientia, & orthodoxæ religioni profutura
exposuit: quæ qualia sunt, epistolę ipsius lectio
manifestat. Sciat etiam sanctitas vestra, quod
præclarissimum & glorioſissimum Ioannem
comitem sacrorum ob eam causam misimus,
vt vbi pietatis vestræ circa fidem, scopum co-
gnoverit, quæ ipſi videbuntur vtilia, faciatis.

CONSTANTINVS ET IRENE FIDELES
Romanorum Imperatores, diuina voluntate & nostra
gratia, iussu: sacrati nostri Imperij congregatis
sanctis, Episcopis in Nicana Synodo.

Iesus Christus Dominus noster, verus Deus,
veraque iuxta Deipatris naturam sapientia,
per illius in carne diuinitatem, mirificamque
teconomiam vindicans nos ab errore idolo-
rum nostram naturam liberando renouauit,
cooperante illius congenere Spiritu sancto. Ex
primus factus sumimus sacerdos, huius appel-
lationis reddidit nos confortes, o viri sacerdo-
tes. Hic igitur pastor bonus ille, qui errantem
ouieulam in humeris portans, hominem, qui

Fuit hic Con-
stantinus V. L.
Leontis III.
filius, & cum
Irene matre,
femina supra
muliebre ca-
ptum prudē-
tissima, impe-
rauit annos 10.
postea impe-
rio deiecit
matre regna-
uit solus an-
nos 5, sed tan-
dem reuoxata
mater ab exi-
lio, præfuit 3.
annis.
ab Luc. 2: 1.



Col. 1.

Matth. 5.

Sacerdotes
dispensatores
testamenti
Christi per
iniqua sa-
cerdicia.

ab ouili suo exciderat, restituens in conforto
angelicæ suæ sacriqué muneri virtutis, per
ipsum nos redemit, solvens intersepti ob-
culum, nimirum inimicitiam in carne sua
bis pacificam rationem viuendi gratuè con-
cessit, ob id & cunctis Euangelicè prædic-
iussit: Beati pacifici, quoniam ipsi filij Da-
cabuntur. Hanc igitur ob beatitudinem, quæ
nobis donata est, nobilitatisque causa, quæ
Deus nos adoptauit, imperatoria nostra di-
maiestas ad concordiam & pacem vniuent
Romanū Imperium erigere contendens, po-
cipue tamen sanctarum Dei nostri Ecclesie
rum statum, qua possumus cura & con-
seruare intendimus. Sacerdotumque con-
cordiam per omnia firmam & stabilem
desideramus, Orientis videlicet in partibus
Septentrionis, Occidentis & Meridiei, iam
adestis Dei voluntate per præsides prouinciarum, perq; descriptas sæpius Synodicas
missasque à sanctissimo Patriarcha. His
enim à multis seculi synodica lex per uniuersam
Ecclesiam, quæ à seculis per secula dura-
bit Euangelicè instituta, cuius hortauit &
luti iussu VOS SANCTOS VIROS
CERDOTES CONGREGAVIMVS. QU
ESSE DISPENSATORES TESTAMEN
TI ILLIVS PER INCRVENTA SA
CRIFICIA VOCAMINI: quo recte de-
tientium Synodorum determinationibus, id
dicum vestrum confirmetur, omnisque ipsius
dictum



in confort
tutis, per
septi ob
carne sua
ratunito
ce padi
filij Da
dinem.
cauila
nostra
n viuine
endens, po
ci Eccles
& cont
umque co
tabilem e
in part
diei, lant
proxim
icas licen
na. Hoc c
per vnu
ecula d
atu, &c
ROS
MVS.
TAM
TA
recl
onibus
sq; spie
dot

dor Spiritus sancti reuceat. Nullus siquidem
acernam accendens, ponit eam sub modio,
iusta vocem Domini, sed supra candelabrum,
volumen det omnibus, qui in ædibus sunt. Sic
enim & olim à pijs patribus nostris constitu
tum deinceps obseruetur, ut sanctæ Dei Eccle
sia pacifica constitutione firmentur. Non
aliter enim pro veritate depugnamus, pietate
q; promotam cupimus: præterea ecclesia
suum statum, eam qua à principio obtinuit,
legislationem & autoritatē obtinere volu
mus, quām militari bus auxilijs nos cupimus
esse instructos, ciuilibusq; negotijs inuigilan
tes, atque hac in posterum melius animo vo
lentes, nūc multò sacratissimam non dubi
tauimus summis laboribus congregare Syno
dum. Damus quoq; vnicuiq; libertatem, ut si
ne omni formidine ea eloquatur, quæ secum
animo deliberauerit, quō veritas magis ma
gis, elucescat, & intrepida voce audiatur. Si
mul etiam ut ex multis Ecclesijs dissidium
auferatur, pacisq; copulatio & constantia in
omnibus connectatur. Et simulatque Paulus Paul⁹ hic an
fanctissimus Patriarcha iuxta diuinā volun
tam carnem præsentē commutaturus erat,
præsensq; habitaculum derelicturus, & ad su
periores sedes commigraturus, imò verò ad
Dominum nostrum Christum, Episcopatu
renunciavit, monachicamque eligens vitam,
nobis verò interrogantibus illum, qua de cau
sa hoc fecisset, respondit, quod si morte occu
patus

Matth. 5.
Marc. 4.
Luc. 11.

In concilis
intrepide lo
quendam.



patus præuentus in Episcopatu huius pie
giæ ciuitatis fuisset, etiam extra omnem Eu
fram Catholicam resurgere cogeretur, ut
ipsum in tenebras exteriores, quæ diabol
angelis illius paratæ sunt, abducit. DOLOR

Dolor Pauli
patriarchæ p
pter tollendas
imagines Ec
clesiasticas.

ENIM SYNODVM QVANDAM HIC
DICTAM, QVAE SVBVERTERE CO
TENDEBAT IMAGINVM PICTVR
QVAS SANCTA DEI ECCLESIA C
THOLICA SERVAT ET AMPLECT
TVR, ET AD MEMORIAM PRAEFIC
RATORVM SVSCIPIT. Id ipsum, impo
bat, est, quod animum meū commoue, ne
meam conscientiam vrget, quomodo nra
Dei effugere queam. At quæ causa est, quæ
brem eiuscmodi iuris commorari dete
aut simul cum illis versari? Hæc vero & pa
alia ducibus quoq; nostris gloriofissimis
cutus est, vitamq; finiuit. Hanc igitur re
fionem nostra regia maiestas animadu
horrebam, præsertim cum & ab alijs an
dieramus, hæreticam esse horum homin
cogitationem, animo nostro deliberauimus
quidnam in hac re utile esset & factio opus
confilium nostrum in medio proposuimus
repræsentato electo nouiter Patriarcha, in
contentionibus per illum imponeretur, in
uocantes igitur viros negociorum Ecclesiæ
carum haud imperitos. Christum vero ver
Deum nostrum inuocantes, & cum eis con
lum capientes, quem ex omnibus digni
mum haberem, cui primas partes in handa

cratissimam

atissimam diuinorum obseruantissimæ &
regie ciuitatis nostræ cathedralm deferremus,
vno animo concordiæ; sententia Tharasium,
qui nunc in sacro sancta dignitate nobis præsi-
der, dignus declaratus est. Hunc igitur ad nos
vocantes, testimonium de illo, & suffragia da-
ta exposuimus: verum is nulla ratione acquie-
cere illis volens, reliquorum electioni assenti-
tis respuit. Nobis vero per quirentibus, qua tan-
dem causa obedire nollet, principio quidem
occasionem hanc attulit: maius esse summi sa-
cerdotij cathedralæ iugum, quam illius humeris
sustineri queat. Nos autem considerantes quod
occasionem quereret, nec auscultare nobis vel-
let, non destitimus virum solicitare omnibus
que viribus in eo perseuerauimus, donec as-
sensum nobis præberet, ut summi sacerdotij
dignitatem assumeret. Contemplatus igitur
nostram instantem & urgentem sedilitatem,
causam recusationis nobis denunciavit. Quâ-
doquidem, inquit, video & considero, supra
petram Christum Deum nostrum fundatam
Ecclesiam, nunc esse discissam, dissipatam &
ruptam, nos quoque modo hoc modo illud di-
uersis animis loquentes, Orientes autem una-
nimis fide præditos Christianos, nostros vero
aliter animatos: cumque illis consentientes
Christianos Occidentis, nos è diuerso in sin-
gulos dies ab omnibus illis anathematizari
vniuersalem Synodum postulo fieri, eorum
omnium, qui tūm ex omnibus loci gubernata-
toribus

D d toribus



toribus à papa veteris Romæ, tūm ab Orientis
summis sacerdotibus mitti possunt. Hęc vi-
auribus nostris fuissent percepta, in facie
sentium sacerdotum, & clarissimorum nostri
rum ducum, totiusq; Christicolarum nostrarum
virum eduximus, & omnibus libertatem
dimus, vt si quid aduersus virum haberent,
cerent, vt purgare se posset. Illi vero hac
dientes, libenter hominem acceperunt, pe-
lantes simul nostram pacificam & piam de-
minationē, vt Synodum vniuersalem inde-
remus. Huic igitur petitioni annuere tunc
sum est, meoq; nutu iussi conuenire, immo
verius loquar, Deo sic volente, nobis vero pe-
cuntibus, congregauit vos. Quandoquidem
autem ex vniuerlo terrarum orbe Deus in
coniunxit, propriam voluntatem confirmans
volens, depositis in medio sanctis Euange-
veraciter & prudenter clamantibus: nullus re-
dicate, state firmi pietatis propugnatores,
omnem vaniloquentiam, nuper amque in-
stionem excindere animo prompto conve-
te. Quemadmodum & Petrus Apostolicus
Petrus prim⁹ dis primus dux, seruilem & temerariam
Dux Aposto- niām verberans, Iudaicā auditus instru-
licæ Sedis. Locus obscu- tum gladio amputauit. Extendentes igitur
cus. curim spiritus, omnem arborem ferentem
Eum iurgij & ambiguitatis, & non fer-
nouitatis, aut eruditio sermone transplan-
aut canonicis editis concindite, & in ver-
ræ gehennæ ignem transmittere, vt corporis

Petrus prim⁹
Dux Aposto-
licæ Sedis.
Locus obscu-
rus.

IMP. C
CV
no
misil
publi
proce
odier

deserit omnibus suis parcibus integrum, ratione conueniens & consentiens, autoritatem traditionis patrum obtinens, item pax & tranquillitas spiritus conseruetur, & totius nostrae Romane reipublicae status in fidei quiete tranquilletur. Accepimus autem ab Adriano sanctissimo Papa veteris Romae literas per locum tenentes illius, Petrum religiosissimum primatum presbyterum & Petrum, Deum consensum presbyterium praesidem monasterij, qui & nobiscum in Concilio sedent, quas iubemus iuxta Synodicanam consuetudinem publice legi: vosque omnes cum decenti silentio animadertere. Post id etiam duos quaterniones umbilicis conclusos, legetis, qui a summis sacerdotibus & viris sacris Orientalis dioecesis per loannem religiosissimum monachum, & alessorem Patriarchicæ sedis Antiochenæ, & Thomam presbyterum & rectorem quinobismi in concilio sunt presentes, ut per eas cognoscatis, quæ nam sit Catholicæ Ecclesiæ sententia & iudicium.

IMP. BASILII. A. ORATIO AD SYNO-
dum Constantiopolitanum generalem, quæ
illic octauo habitæ est.

Cum diuina & benignissima prouidentia
nobis gubernacula uniuersalis nauis com-
misset, omne studium arripuimus & a nobis
publicas curas Ecclesiasticas dissoluere, &
procellas, quæ per multis annos ex intidia
odientis bonum Sathanæ expansæ sunt, in sta-

Dd 2 bilem



bilem tranquillitatem per meliorem quandam prouisionem transferre. Siquidem munito cunctis imperio nostro semper hoc desiderante, ac ab alijs patriarchalibus sedibus carios adducere, propter iam dictam causam iudicante, cooperatus est intentioni gubernationis Imperij nostri, solus infinitus potest rex & princeps pacis, &c. ut a spicatis, conilium nostrum compleuit, & in idipsum convenire atque concurrere fecit: à seniori quidam Roma Episcopos duos & diaconum vnum a definitis septem, prudentia, intellectu ac venerabili decoratos. Ab Oriente vero Propterea * Antiochia, sanctissimum Metropolitam Tyri, omni reverentia plenum. A Hispanorum autem sancta Dei Ecclesia, sancta videlicet Sion, de qua exiit, qui propheta est, & noua lex, & discretor omnium genitum Domini sermo, sanctissimum Syncellum virum Apostolicum, omni sapientia diuina humana refertum. Igitur cooperatione & gratia Christi, vniuersorum regis & Dei cunctenitatis, ijs quae prava vobis omnibus efficit debantur & aspera, in vias planas imperatorem diligentia & studio nostro translati, commenamus & hortamur omnes vos fratres, ut etiam multo pondere & reverentia conueniantur ad sanctam hanc, & vniuersalem Synodum, quam ad communem & vniuersitatis aptam, que sine labore medelam, nullum vitiosam motionem vel affectum ferentes, nec ad contentiolum

* fortè Proto-
tronum.



ratiosam voluntatem respicientes, sed potius
vinci benè, quam vincere periculose ac iniuste
sintentes. Sic enim unusquisque, qui vitiatum
interiorum patitur hominem, sanitatem reci-
pierit, & aeternam salutem percipiet. At verò ad
vos ipsos acclamationem imperij nostri pro-
ponimus, quippe qui potestatem Synodici iu-
dicij diuinatus accepistis. Etenim vos veritatis
esse & diuinæ iustitiae secundum quod est pos-
sibile, dilectores & imitatores, nequaquam qui-
dem ambigimus: sed ut à Deo munitum im-
perium nostrum, secundum datam sibi pote-
statis mensuram in Ecclesiasticis negocijs ni-
hil tacuisse patescat, quæ debent atque conue-
niunt. Deposcimus religionem vestram, vt
omnis gratia & odij nunc maxime superatrix
efficiatur: quin potius impensisibili beatæque
naturæ ad personam non accipiendam, omni
robore, quantum fieri potest, assimiletur, &
neque personam potentis per gradum vel per
amicitiam recipiat, neq; pauperis misereatur
in iudicio. Sic vtique secundum consilium,
vtique ad voluntatem Dei atque tranquillissi-
mi imperij nostri, pacatissima subsequetur
ordinatio.

EIVS DEM BASILII IMP. ALIA ORATIO
ad Episcopos, qui cum Photio sedis Constantinopo-
litanae inuasore Schisma fecerant.

MVltæ quidem communes passiones sunt,
quas precedentibus diebus audiens & in-
tuens à Deo prouectum Imperium nostrum,
Dd 3 lugere

Meli⁹ est vin-
ci benè quam
vincere iniu-
ste.

Ecclesia & tē-
pestas. lugere & contristari opera precium duxit
 ' P R A E C I P V V M AVTEM MALVM E
 ' CALAMITATVM ARX EST ECCL
 ' SIAE TEMPESTAS: malignus aspirant
 ' aduersus eam diaboli turbo, pacis expulso.
 ' veteris ordinis dissolutio, ausus irruendi
 ' nioris in seniorem, & in honorati aduersus ho
 ' norabilem ac omnimoda subuersio status ec
 ' cleiasticci. Apud exteriores quidem in conc
 lijs iuxta conuersante apud Ecclesiam initia
 tia fiducialiter agente: amor principatus ac
 amor priuatus, atq; nullius leueritatis prop
 hæc reputatio, nec non contra spiritualem pa
 trem rabies & insanias. Hæc sunt, que mea
 obtinebant & turbabant animā, & tanquam
 nubes crassa obtenebrabant animum, ac obs
 los cogebant fontes mihi lachrymarum largi
 tri, & diuinitatem in auxilium & solutionem
 existentis mœroris inuocabam, & opes ex
 mihi ac cogitatio, si forte possem imprimis
 Ecclesiastica curam gerere vnitate. Quod
 factum est, & in effectum deuenit, quemadmo
 dum & vos omnes nostis, quotquot ad facili
 hoc conuenistis collegium. Aliud enim impa
 trij quod sub me est dimittens, ad id solum
 exordijs accelerauit, & secundum vtriusq; co
 fidentium partis petitionem, & priscam Ec
 clesiasticam traditionem, perspiciendi cas
 etiam iudices eorum, quæ in Ecclesia noſ
 gesta sunt, ex reliquis Patriarchalibus throno
 collegi, rem perficiens cooperatione ſan
 Spinoz.



Spiritus, quam multi quidem ante nos impe-
rantium videre desiderauerunt, ex quo au-
tem omnes minimè consecuti sunt. Et quot-
quor pertinent ad Ecclesiasticam unitatem ac
ordinationem, omnia à me solerter peracta sunt,
cum in nullo penitus imperiali manu ac po-
tentia, ut quidam, parvum vel magnum effe-
cerim. Neque enim, ut sacratissimus Patriar-
chus ad proprium regrederetur thronum, im-
perij mei opus vel excogitatio facta est: sed
multum ante sanctissimus & beatissimus Pa-
pa Nicolaus, quæ circa illum erant certissimè
discens, Synodice decreuit reddi ei ius proprij
throni, & anathema cum tota sancta Roma-
norum Ecclesia pronunciauit contra resisten-
tes huiusmodi decreto atq; sententia. Hoc au-
tem nos olim scientes, & pauentes iudicium
anathematis promulgari, obsecundare Syno-
dico iudicio Romanæ Ecclesiæ, necessarium
duximus. Et huius rei gratia reddidimus ei
proprium thronum. Verum non modò Ro-
manæ, sed ad Orientem solem sitarum sediū
prudentia meliori, vicarij peruererunt, ni-
hil deinceps vel impedire, vel aduersari, aut
fauere utrique parti iustissimo imperio nostro
consensuero. Cuius rei gratia in nullo Synodi-
co iudicio inueniri voluit, multorum garru-
litates recidens, ne quis dixerit quod imperia-
lis manus, & gladij & protectores, ac munda-
danus potentatus Concilium subadulterane-

Romanæ se-
dis iudicio ab
omnibus ob-
temperandū.

Dd 4

rit.



rit. Vnum solum nobis desiderium, & ad profaros iudices, postquam illos vidimus, supplicatio fuit, ne quenquam permitterent deponere vel ab Ecclesia Dei quemquam. si fieri possit projici. Hoc solum est nostrum. si quis volunt nominare crimina, Alia verò canonib[us], & quibus Imperium Synodi creditum est, tradimus, multum pro præsenii iudicio contrariantes & condemnantes, id est, condemnatum imprecantes, nil ad gratiam vel perodium decernendum: humanè autem magis cum eos, qui ceciderant, affectandum: quos non proprietatum, sed & communiter hodie omnibus videntibus deprecamus, manum ipsorum compassionem opus habent, porrigitur, & vivat Ecclesiam celebrantium festivitatem perire. Ita patres spirituales & veritatis defensores qui figurati secundum chrisma Aaron, secundum zelum Phinees, ac secundum iudicium Salomonis, requirite ouem quæ perierat, converte quæ errauerat, super humerū tollit[ur] militariā, & compassionis vinculis alligate, quæ ulcerata est, emplastro condescensionis fante: quæ extranea & abiecta est à spirituali mandra, nonaginta nouem ouibus dispensatione more coniungite: relinquere memoriam empternam posterioribus generationibus compassionis vestre ad imitationem Christi. Erunt quoque qui curationis indigetis, ac medela operabuntur, preciosa membra Christi, erit ne[re]d[em]ptionis quomodo

Imperator reuerenter compellat Episcopos Synodi, eosque officij admonet.



& ad pre-
us, suppi-
t depen-
eri pos-
is volun-
ib, & ho-
r el trac-
cio con-
demnati
per oculi
agis cui
quos na-
modie om-
ni iug-
e, & vna-
m perfic-
defensio-
on, seco-
iudicium
erat, co-
tollusse-
igate, qui
onis fam-
uali ma-
ensatio-
riam tem-
bus con-
sifti. Erre-
dela opa-
et si neli-
quomodo

comodo à malo dæmone detenti, etis sepa-
ciam à capite: vitis vera, quæ propter contentio-
rem importunam, immò verò iniustum, in
amititudinem conuersa es: amici & proximi
noltri, eti propter odium irreuocabile ex ad-
tento appropinquantes et stantes, ac veritatem
respuentes, suscipite admonitionis sermonem:
non autem confundor dicere etiam depreca-
tionis. In id enim nos adduxit misericordia,
quam circa vos habemus. Scrutamini intima
conscientie vestrae, & inuenietis male vos ab
Ecclesia esse disiunctos. Nouissima hora est, &
iudex p̄r foribus est, fratres. Ne præoccupa-
murab eius Ecclesia sequestrati, & longè ab
eius gloria proticiamur. Nihil turpe ducamus
passionem manifestare, & vulnus ostendere,
ac locum p̄nitentiaz & medicinaz requirere,
atque intra atrium saluantium fieri, ne confu-
sionem obedientiam arbitrando, confusionis
ztem sumamus experimentum. Qualis au-
tem est confusio, fratres, procidere Deo, & ve-
niā expetere? Deo enim procidunt, qui Ec-
clesie & spiritualibus istis Patribus procidunt.
Confusio quidem reuera est, & maximus pu-
dor, immò verò in Deum dimicatio, nolle v-
numquenq; proprium confiteri peccatum, &
humiliari propter Christum, ac lucrari & se &
multos. Si autem omnino hoc confusionem
arbitramini, ego, cui Imperij superposita est
corona, forma vobis efficiar huius optimæ hu-
militatis. Ego qui imperitus & insipiens sum, eminentia.

D d 5 bonum

Humilitatis
exemplum in
imperatoria



bonum initium ero vobis qui sapientes es scientia clari. Ego , qui in peccatis voluntate illius, primus vobis typus fiam, qui mundi et virtuti operam datis. Ego primus membra per pavimentum proiicio, purpuram & dema parui pendens. Ascendite ad genituras, & per oculos meos incedite, nec respiquat magnum Imperatoris calcare scapulas. Vereamini tangere verticem, cui imponitur Deo donata corona. Omnia pati prompte habeo, & agere promptius, quæ vobis possunt confusionem, mihi autem gloriam & maiorem claritatem conferre videntur. Neque in hoc curam gero gloria mea, tantum deam communem unitatem, & vnam Eu-
histicam festiuitatem celebrantium: tan-
ne anima detrimentum patiar, & gauder-
per me ille omnium inimicus diabolus, cu-
mum sumens quod mihi desiderandum
Tantum spei mea lampas insperatè no-
tinguatur, per quam festinabam commu-
nistrari læticia simul & gaudio. Necio-
erat satagendum & efficiendum, & nece-
vel quos proponendos admonitiones &
precationis sermones, & nō proposuit. Vas-
gò videbitis, innocens sum à perditione
stra. Si verò ad magnum & horrendum
iudicium futuræ dici nos remittitis, quia
vobis rationem daturos: noscete quia bene-
ui, quod nullus vobis iustitia sermo sum
adest, siue illic aderit, nisi quantum in has-



entes est
is volun-
te illud iudicium, conscientia vestra interrogate iudicium: discetis nihil amplius, quam
us mem-
ram & co-
ad genas
nec repon-
pulas: ne
i impo-
i promou-
obis quidam
am & me-
r. Negat-
tantum v-
vnam Ex-
tum: tam
& gauden-
bolus ca-
randum
erate ne
communi-
Nescio q-
, & nor-
tions &
osuit. V-
erditione
rendum
is, quia be-
rmio fui-
in hac
trecentis
conserua-
inuentum fuerit. Verum si vultis, &
mundi e-
us mem-
ram & co-
ad genas
nec repon-
pulas: ne
i impo-
i promou-
obis quidam
am & me-
r. Negat-
tantum v-
vnam Ex-
tum: tam
& gauden-
bolus ca-
randum
erate ne
communi-
Nescio q-
, & nor-
tions &
osuit. V-
erditione
rendum
is, quia be-
rmio fui-
in hac
trecentis
conserua-
inuentum fuerit. Verum si vultis, &
ante illud iudicium, conscientia vestra interrogate iudicium: discetis nihil amplius, quam
quod ab imperio nostro dicitur. Deponite ergo contentione fratres, & resumite amorem fratrum: fugite dissensionem, & unitatem amplectimini: odium auertite, & dilectionem in suum recipite: state cum probabilibus, & capiti campingimini: recipite per patientiam diuinae communionis gratiam, & nihil obsecratoria sitis solliciti. Sunt enim apud compatiensimum Imperium nostrum susceptio-
num modi diuersi, per quos vos consolabimur, & incessanter, quæ secundum seculum vobis opportuna fuerint, faciemus. Rursusque multi-
modè decertabimus obsecrantes, rogantes & omne ingenium mouentes ad spirituales Pa-
ties vestros & Patriarchas, ut dispensent quædam eorum, quæ insunt animo vestro tantum ne temere contra salutem vestram agatis. Non enim est tempus ad poenitentiam & receptio-
nem præsenti acceptius. Qui namque hodie li-
gare & soluere Ecclesiæ negotia possunt, præ-
sto sunt: dimittite importunè tempus explo-
rare, & rerum immutationem expectare: quæ & si fiat aliquando, nihil vobis conferet. Ete-
niam est alia tempus immutauerit, hoc com-
mouere non poterit. Nam si actio unius viri
veltri, nihil rationabile habentis, cum tota e-
tionea esset, tantum æstim operata est, ut huic
vix ac difficile dissoluere quieuerimus actio-
nem:



nem: dic mihi, & iudicium quatuor Patriarchalium sedium quis dissoluere potest? quem enim fugietis, solutionem obligam patentes? Ad Romanum Praetulem? Sed tenuis vos condemnauit. Ad Antiochenum? Sed consentaneus Romano & consonus est. Ad Hierosolymitanum vel Alexandrinum? Sed & illi vestrae damnationi consentiunt si & thronum aliquando Constantinopolitum ille, qui cuncta violat, yobis committit & per vosmetipos conuenire voluerit, vos sequetur? vel quomodo aperite oculos adspicere quempiam poteritis, impugnare omnibus sacerdotibus, & Patriarchalibus? Ne ergo, fratres, ipsi vos decipiētētis salutis vestrae perdatis (neque enim ratiōnenietis aliquando) sed importunas contentiones, & obstinationes deserentes, commedelae occurrit, & medicine remedium mite, ac adhærete spirituali capiti nostro Ecclesiae Dei, cōmunicatores estote, videretis mine exuarmini, & Deum propitium habetis, ac etiam lātificetis, Imperiumq; nostrum exercitare, ac spiritualiter festiuitatem celebrari, atque rem publicam vniuersam gaudere maximo & tripudio repleatis: nec non de communi omnes benedicamus pariter per mino gloriae nostræ, ac Principi pacis, & thori, dispersa congreganti, & bene cooperanti, intercessionibus sanctissima Domina nostra Dei genitricis, Deum videntium angeli.

Inuocatio D.
virginis, An-
gelorum & o-
mnium san-
ctorum.

um, & omnium sanctorum, Amen. In actis
dusdem synodi Constantinopolitanae, cuius
supra mentionem fecimus, illud etiam legitur,
cum se Episcopi Photij multis argumentis tue-
ti & defendere vellent, dixisse Basiliūm Impe-
tatem. Allegati per vos, sanati postea per
Ecclesiam fuerunt, vos autem usque ad prae-
fens in peccato vestro estis, & in sepulchro ne-
quitiz vestre iacatis mortui. Vnde omnes sum-
mi sacerdotes Patriarche vos condamnant co-
corditer. A Deo vero munitum imperium no-
strum, placidum & benignum est, & vestri cu-
ram gerit, & consulit, ut percipiatis misericor-
dias, quas deliberauerit sancta & vniuersalis
Synodus. Nam omnes nouimus quod Laici
estis, & non adduximus vos latrare, & sine or-
dine facere verba, omnia enim vestra merita-
cia sunt & seductio. Deinde quempiam Eu-
lampions Episcopum Photianum cœpisse ob-
loqui imperatori, tum vero sedis Apostolicæ
vicarios, seu Legatos huius vocem interrupi-
se, dicendo, Eulampium à sede Apostolica da-
mnatum & excommunicatum, ideoque verba
cum eo Imperatorem facere non debere. Tunc
Basilium respondisse. Ego crebro & multum
rogaui ne perirent, & ideo vocaui eos huc. Si
nolunt concurrere ad Ecclesiam, quicquid iu-
dicauerint Patriarchæ, etiam si noluerint, con-
firmabunt. Nemo enim potest datam eis po-
testatem à Christo Deo & salvatore nostro, re-
probare.

Laicis non
licere diffi-
cilitate loqui
in Cœlius.

Hic Impera-
tor de schis-
maticis senten-
tiam Concilij
expectat, non
ipse profert.

ALIA

ALIA BASILII IMP. ORATIO
eandem Synodum, cùm ea iam effec-
tum ad calcem perduta.

MUltam quidem vexationem & labo-
vestra diuinitus collecta pertulit lan-
tas, singulis vobis hinc indè confluentibus
felicissimam urbem nostram, causa Ecclesie
sticæ ordinationis, & constitutionis: pro-
etiam diuturnam in ea moram sustinuit
proper quam multi & senectutem conser-
vit, & corporalem infirmitatem parage-
tit, & fortes facti, ea quæ requiei non con-
unt, tolerastis, & diuturnam separationem
ritualium filiorum vestrorum magnitudine
pertulitis. Sed ecce dolorum & laborum
deris, quām sit finis suavis, & Ecclesia Deo
ficius. Nam communis concursus, & in
ritu tancto magnæ huius & vniuersalitatis
di consensus, omne scandalum & offensio-
num è medio removit Ecclesia, huiusque
ti temporis procellas compescuit, & adiu-
dam tranquillitatem traduxit. Gratias e-
agimus Domino, Patres venerabiles, de
bus bonis, quæ nobis à Deo concessa fu-
admittimus zelum vestrum, qui secundum
Deum est, & optamus à munificentia mis-
Dei & rege vniuersitatis, opulentam vobis
tribui mercedem, dolores vestros et labores
compensantem. Pro quibus & tranquili-
nostra festinabit reficere, ac animare vos
mne desiderium vestrum implere. In omni-



audientia expressa fateri & hoc iustum putauimus, pro cōmuni omnium nostrum munimine, & sancte DEI Ecclesiae perseverantī tranquillitate, propter eos, qui communī inuidēnt felicitati, & vulnerantur quidam sagittā serpentis super Ecclesiastica ordinatione: congratulantur autem huius cōmotioni & astui, atq; delitias existimāt, si viderint eam in tempestate fluctuantem. Talibus ergo expresse ho- die dicimus: quisquis habet aliquid aduersus hanc sanctam & vniuersalem Synodum di- cendum, aut contra huius canones, aut termi- num, sicut in medio & quæ sibi videntur, edi- cat, siue Episcopus sit, siue quisquam de Eccle- siastico clero, siue Laicus, aut ex iis, qui ciuili- bus officiis mancipantur, existat. Q V A N -
QVAM NON SIT DATVM ISTIS SE-
CVNDVM C A N O N E M , D I C E N D I
QVICQVAM PENITVS DE ECCL E-
SIASTICIS CAVSIS (opus enim hoc Pō-
tificum & sacerdotum est) fed ex abundanti,
omne os iniquum obstruere volentes, licen-
tiām præstamus omnibus, vt qui in mente ha-
berquid ambiguum de iis, quæ decreta sunt
ab hac sancta Synodo, hoc in medium exhibe-
at, & suscipiat satisfactionis salubre reme-
diū. Non modicum certamen certauimus,
neque labori cuilibet cessimus, vt & ipsi nobis-
cum nostis, ad congregandum eos, qui à Ro-
ma, & ab Orientis Patriarchalibus sedibus co-
venerunt, quos conducere multi quidem &
ante

ante nos conati sunt, sed nullo modo vol-
runt. Non modicam vexationem & con-
tionem etiam Deo amantissimi summi sa-
dotes sustinuerunt, à longè concuentes
sanctæ huius Synodi tractatum, Qui ergo
bet quid dicendum, dicat, dum hac celebri-

* Nam soluta sancta & vniuersali Synodo
* apparuerit Ecclesie Dei contradicens, aut
* communicans ei, siue Episcopus sit, siue
* lutè sacerdos, siue dignitate aliqua prae-
* vel aliter conuersatus, veniam ab imperio
* stro minimè cōsequetur, sed iuste conde-

Hæreticus
corruptor,
pestilens, mem-
brum putridum
& inuti-
le, à corpore
Ecclesie reser-
vandum.

* bitur, et à ciuitate nostra pelletur, ut com-
* & pestilens, & membrum putridum et inuti-
* & commune corpus Ecclesie violans. Va-
tem a matores virtutum, Deo amicissimi
mi sacerdotes, qui Episcopali decoramini
no, singuli commonere proprium gregem
ad salutem ducere, ne pigritemini, demorar-
tes, quantum malum sit eos, Ecclesia. De-

Hoc inculca-
diū rōret schis-
maticis & hæ-
reticis.

nente in tranquillitate, ab illa dissilire. Con-
tra eos, qui præsunt animabus suis, infame
à diuinis mysteriis propter irrationabiles
les occasionses iesē coercere. Et quidem su-
stum vobis gregem per vnumquemque domi-
natum verbis doctrinæ confirmans
diuinarum voluntatum dirigite perfectionem
eos verò, qui errore hæreseos cuiusquam
tinentur, tanquam pastores boni conser-
vare. Nouerit enim virtutibus plena perfec-
tio, quia si notum fuerit vobis, hæresis que-

tans, n
uelatu
durau
propri
quider
liens
seua sa
pacific
conser
quodam
nimeri
tionē
tutius
habea
nis; tec
nation
de vos
prato
more
tutur. S
Dei, e
ternal
præ
magni
& ips
venta
fensi
BIS
DIG
LVT

...o
n & co
summi
currente
Qui ergo
c celebrat
Synodo
ens, aut
it, sine
ia præd
imperio
condem
t compre
m erat
ans. Vos
cili simili
oriamini
gregem
democra
fia Dem
ilire & c
infame
abiles a
idem int
enque d
erma nes
fecione
aliquam
conven
erfede
xrefis qu
...
tinq; in prouincia cuiusquam vestrum lati
tans, non per assiduam doctrinam raditus e
pellatur, & oēs ad orthodoxam fidem manū
ducantur, canonicē huiusmodi Episcopus &
proprio Patriarcha condemnabitur. Et sacris
quidem doctrinis, atq; ab abominationibus a
lienis, taliter sacratissimus grex vester per pa
rea salutaria pascatur: ipsi autē in alterū trum Adhortatio
pacisci estote, et Ecclesię vinculū irdisuptum ad concor
conseruate, in quo labotastis, & concordastis
quodq; verbo & manu in p̄senti sancta & v
niversal Synodo confirmastis, ne per conten
tionē, & pertinaciam mutuam, disruptionem
rūbus communis ecclesiæ corporis faciat, et nō
habeatis veniam in die iustissimæ retributio
nis: sed amicitia vestra & consensus sit ad ordi
nationē totius orbis districtissima norma, vn
dē vos cōtemplantur subditi, quemadmodum
prætores ad principalia, & ad vitam vestram et
mores seu conuerstationi moderati proban
tur. Sed & qui in clero deputati estis Ecclesiæ
Dei, eandem conseruate constitutionem & al
temiam concordiam, in nullo declinantes, vel
præter quæ sancta sunt Spiritu sancto ab hac
magna & vniuersali Synodo prædicantes. Nam
& ipsi in omnibus conuenistis, & sole clarus
ventatem resplendete vidistis, in quam et con
sensistis, et concordantes apparuistis. DE VO
BIS AVTEM LAICIS, TAM QVI IN
DIGNITATIBVS, QVAM QVI ABSO
LVTE CONVERSAMI NI, quid amplius
Ec dicam,



